D. JOANNES EMMANUEL DE VALENZUELA, PRESBITER, AC EX CHORO

Sanctæ Eccleſiæ inſignis Collegiatæ hujus Civitatis Baſtenſis Capellanus, Congregationumque Moralium Secretarius, fidem facio, & atteſtor, quód in præfato Choro ab ejuſdem Civitatis univerſo Clero ſub D. Doctoris D. Petri Carrillo, & Gutierrez, ipſius Sanctæ Eccleſiæ Canonici Magiſtralis, præſidio, habitæ fuerunt quædam Diſputationes, & Conſcientię Caſuum reſolutiones, ad praxim Confeſſariorum pertinentes, modo, forma, tenoreque ſequentibus.

DIE 13. NOVEMBRIS.

Superioris anni, cum D. Præſidens ſibi propoſuerit, ut aſſumptum Collationum Moralium habendarum, explicare genuinum, & verum ſenſum damnationis Propoſitionum, quę à SSmo. Domino Noſtro Alexandro Papæ VII. proſcriptę fuerunt; prius in paleſtram paravit, tanquam proemium, Quæſtionem inquirentem: *Vtrum Summus Pontifex poſsit errare in damnatione Propoſitionum?* In qua difficultate D. Andreas Sanchez de Heredia, ipſius Sanctæ Eccleſię à Secretis, & ejus Capituli Computator, hanc defendit Concluſsionem: *Summus Pontifex nequit errare in damnatione propoſitionum.* Et poſtquam reſponſum deditum fuit objectionibus, quæ in contrarium allatæ fuerunt, terminata fuit Collatio prędictæ diei.

DIE 20. EJUSDEM Menſis.

Explicata fuit à Domino Preſide 1. Propoſitio proſcripta à jam citato Summo Pontifice, nimirum: *Homo*

nullo unquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis ex vi præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium. Ex qua D. Joſephus de la Plaza, & Buſtamante, Curam Animarum gerens in Parochia D. Joannis Baptiſtæ, hanc deduxit, & ſubſtinuit Concluſsionem: *Quilibet tenetur ad actum amoris Dei, tum in primo inſtanti uſus rationis (dummodo ad hanc obligationem advertat) tum in mortis articulo; quod tamen attinet ad vitæ decurſum nullam taxam præfigimus, ſed relinquenda eſt prudentis arvitrio.* Et datis ſolutionibus argumentis, terminata fuit hæc Congregatio.

DIE 27. IPSIUS MENSIS.

EXplicata fuit 2. propoſitio, videlicet: *Vir equeſtris ad duellum provocatus, poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.* Ex qua D. Franciſcus Emmanuel Marin, in Parochia Divi Jacobi Majoris Curatum obtinens beneficium, hanc Concluſsionem propugnavit: *Nullus poteſt acceptare duellum ad vitandam timiditatis notam; & ſiquis acceptavarit, ipſo facto incurrèt in majorem excommunicationem, Pontifici reſervatam: Necnon inpœnam perpetuę infamiæ; & ſi in ipſo conflictu deceſerèt, privatur ſepultura Eccleſiaſtica.* Et reſponſionibus obtatis difficultatibus, in contrarium appoſitis, terminata fuit ejuſmodi Congregatio.

DIE 5. DECEMBRIS.

EXplanata fuit 3. Propoſitio: dicens: *Sententia aſſerens, Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt anno Dñi. 1629. die 18. Julij in Conſiſtorio Sacræ Congregationis. EE. Cardinalium viſa, & tolerata eſt.* Ex qua D. Nicolaus Orozco, prędictæ Sanctæ Eccleſię ejuſque Parœciæ Majoris animarum Curam gerens, hanc protulit defen-

ſan-

ſandam Concluſionem: *Epiſcopus non poteſt vi Tridentini abſolvere ab hæreſi, & ab alijs criminibus, in Bulla Cœnæ ſententiis, etiam ſi ſint occulta; poteſt tamen ab his criminibus abſolvere, ſi adſit impedimentum perpetuum, vel diuturnum ad ſedem Apoſtolicam adeundi.* Et ſolutis objectionibus, hæc collatio metam aſſequuta eſt.

DIEBUS 11. & 18. EJUSdem Menſis.

OPeræ pretium fuit iſtius modi collationibus explicare originem, & verum ſenſum Bullæ in Cœna Domini (vulgò) nuncupatæ.

DIE 8. JANUARIJ.

CUrrentis anni explicata fuit 4. Propoſitio, ab eadem laudato Pontifice confixa, nimirum: *Prælati Regulares poſſunt in foro Conſcientiæ abſolvere quoſcunque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione, propter eam incurſa.* Et à D. Andrèa de Angulo, Beneficiario prædictæ Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi Majoris, defenſata fuit ſequens Concluſio: *Prælati Regulares non poſſunt abſolvere ſubditos ſuos ab hæreſi occulta.* Et oblatis reſponſionibus argumentis, finita fuit hæc Congregatio.

DIE 15. EJUSDEM Menſis.

DEclarata fuit proſcriptiò Propoſitionis 5. Sic ajentis: *Quamvis evidenter tibi conſtet, Petrum eſſe hæreticum, non teneris denuntiare, ſi probare non poſſis.* Ex qua D. Fauſtinus Antonius Collado hanc deduxit, & munivit Concluſionem: *Tenetur quis denuntiare, vel judicialiter,* pro-

propalare Sancto Inquiſitionis Tribunali omnes, & ſingulos hæreticos, ſeu de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, quamvis probare non poſſit, abſque prævia correctione fraterna, etiam ſi hæreticus ſit mortuus. Et poſtquam ſolutę fuerunt difficultates in contrarium, hęc Collatio tranſivit.

DIE 22. EJUSDEM.

DEclaratæ fuerunt Propoſitiones 6. & 7. Nimirum: *Confeſſarius, qui in Sacramentali Confeſſione tribuit pœnitenti chartam, poſtea legendam, in qua ad venerem incitat, non cenſetur ſolicitaſſe in Confeſſione, ac proinde non eſt denuntiandus. Modus evadendi obligationem denuntiandæ ſolicitationis eſt, ſi ſolicitatus confiteatur cum ſolicitante: Hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denuntiandi.* Ex quibus D. Franciſcus de Sola, & Aparicio hanc propugnavit aſſertionem. *In ſolicitatione, & obligatione denuntiandi non datur parvitas materię.* Et argumentis ſatisfacto, actum eſt de hac Collatione.

DIE 29. EJUSDEM.

OCcaſione antecedentium Propoſitionum D. Pręſidens explicavit Bullas SSmi. Domini Noſtri Benedicti XIV (vulgo nuncupatæ Del Complice) incipientes 1. *Sacramentum Pœnitentiæ*: 2. *Apoſtolici muneris.* Et à D. Franciſco Emmanuele Marin propoſitæ, & propugnatæ fuerunt tres ſequentes Concluſiones: 1. *Prędictę Bullæ receptæ ſunt in tota Hiſpania, & in ea ſufficienter promulgatæ.* 2. *Finis Pontificis in ſupradictis conſtitutionibus fuit amovere à Sacramento Pœnitentiæ omnem turpitudinis occaſionem: vitare injuriam Eccleſiæ: contentum Sacramentorum: occurrere animarum periculis: ac demùm, quòd Sacramentum miniſtretur cum debita Sanctitate.* 3. *Per complicem inteligitur, qui ſimul cum Confeſſario commiſsit peccatum mortale certum (non dubium, nec veniale, neque pure internum) contra Sextum Decalogi præceptum, aliquo ſigno externo manifeſtatum.* Et

ar

argumentis enervatis, hæc Collatio finem obtinuit.

DIEBUS 5. & 12. FE-bruarij.

OB abſentiam D. Præſidentis ſub tutamine D. Lic. D. Franciſci Ludovici Marin, & Alemàn, prædictæ Sanctæ Eccleſiæ Canonici Doctoralis, ac Proviſoris, & Vicarij Generalis iſtius Civitatis, & Abbatiæ, à D. Emmanuele Marin ex Parochia Sancti Joannis Baptiſtæ Capellano, propugnatæ fuerunt tres ſequentes theſes. 1. *Filij familias, contrahentes matrimonium, invitis rationabiliter parentibus, peccant mortaliter.* 2. *Conſenſus parentum requiritur ex neceſſitate, ut filij licitè contrahant matrimonium; & illorum prudens, & honeſtas diſſenſus in matrimonijs filiorum indignis eſt impedimentum impediens.* 3. *Validum eſt matrimonium contractum metu reverentiali parentum.* Et à D. Emmanuele Martinez hæc: *Pater familias poteſt irritare vota omnia filiorum, emiſſa ante pubertatem; poſt pubertatem verò tantum vota realia.* Et objectis profligatis, prædictæ Collationes terminarunt.

DIA 19. EJUSDEM.

PRoſequendo explicationem Bullarum prædictarum circa Complicem, à me, ſupraſcripto Secretario propugnata fuit ſequens theſis: *Conſtitutiones Benedictinæ circa Confeſſarium, & ejus Complicem ſunt leges mixtæ ex favorabilibus, & odioſis.* Et deturbatis argumentis, hæc collatio finem pertingit.

DIE 26. EJUSDEM.

A D. Nicolào Merchante propugnatæ fuerunt duæ ſequentes aſſertiones. 1. *Confeſſarius non poteſt abſolvere*

vere Complicem in peccato turpi virtute Bullæ Cruciatæ, alicujus jubilei. 2. *Sacerdos, qui dedit abſolutionem Com prædicto, poteſt abſolvi ab omnibus, & ſingulis Confeſſa facultatem habentibus à reſervatis papalibus abſolvendi.* ſolutis objectionibus, pro praxi Confeſſariorum, reſol etiam fuerunt varij Caſus, qui accidere poſſunt præci in opidulis: & terminavit Congregatio.

DIE 5. MARTIJ.

A D. Andreas Angulo defenſatum fuit hoc theore *Habere frequentem converſationem, amicitiam, miliar itemque cum filiabus confeſſionis ſemper eſt pecca mortale.* Et poſt abſolutas objectiones, quoſdamque ca eidem theſi conexos, evacuatos, collatio finem aſſum & materia prædictarum Bullarum.

DIE 14, EJUSDEM.

EXplicatæ fuerunt Propoſitiones 8. 9. & 10. Scilice *Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem M licite accipere, applicando petenti partem, etiam ſpecial mum, fructus, ipſimet celebranti correſpondentem: I poſt Decretum Vrbani VIII.* 9. *Poſt Decretum Vrbani teſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur, per alium tisfacere, collatio illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendi bi retenta.* 10. *Non eſt contra juſtitiam pro pluribus Sa ficij ſtipendium accipere, & Sacrificium unum offerre: n etiam eſt contra fidelitatem etiam ſi promitant promiſſi etiam juramento firmata, danti ſtipendium, quòd pro alio offeram.* Ex quibus à D. Philipo Martinez Redo deducta, & defenſata fuit concluſio hæc: *Sacerdos non teſt licite accipere duplicatum ſtipendium pro eadem M nec accepto majori, dare alteri minorem, aliqua parte ſibi retenta.* Et poſtquam reſoluti fuerunt varij Caſus Sacrificium Miſſæ pertinentes, abſoluta etiam fuit h concertationis materia.

DIE 21. EJUSDEM Menſis.

Xplicata fuit propoſitio 11. nempe : *Peccata in Con- feſsione omiſſa ſeu oblita ob eſtans periculum vitæ , au ... ſam cauſam non tenemur in ſequenti Confeſsione expri-* Et à me deducta , defenſataque fuit hæc concluſio: *nfeſſus eſt peccata ut dubia , non tenetur , ceſſante du- confiteri ut certa.* Et quidam reſoluti caſus ; ad *Pœ- tiç Sacramentum* attinentes, cum objectionibus,Con- ionè in contrarium allatis , evanuit hæc Collatio.

DIE 28. EJUSDEM Menſis.

fuerunt propoſitiones 13. & 14. nempe: 13. *præcepto annuæ Confeſsionis , qui confitetur opo preſentato, & ab eo injuſtè reprobato.* 14. *feſeionem voluntariè nullam , ſatisfacit præcep-* Et à D. Emmanuele Marin deducta fuit,& pro- Theſis ut ſequetur. *Satisfacit precepto Eccleſiæ, Confeſsionem validam , ſed informem.* Et aliquot us , ſimiliter ad eamdem materiam pertinentibus, re- ... dis , argumentis que reſponſis , hæc collatio deceſsit.

DIE 4. APRILIS.

Xplicata fuit 15. Propoſitio, dicens: *Pœnitens propria authoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt , qui loco ip- s pœnitentiam adimpleat.* Et à D. Franciſco Yaguez de- ſata fuit ſequens Concluſio : *Pœnitens non ſolum non eſt authoritate propria ſubſtituere alium , qui loco ipſius nitentiam adimpleat , verum etiam nec de licentia Confeſ- ij.* Et abſoluta diſputatione cum ſolutionibus ad objec- ta.

ta, reſoluti fuerunt caſus de more, & deceſsit Collatio.

DIE 11. EJUSDEM Menſis.

EXplanata fuit Propoſitio 19. (pretermiſsis 16. 17. & 18. ut pote, jam explicatis in collationibus 3. & 7.) ſic ajens: *Non peccat maritus occidendo propria authoritate uxorem in adulterio deprehenſam.* Ex qua D. Nicolàus Molina defenſavit hanc Concluſionem: *Maritus, occidens propria authoritate uxorem, & adulterum, in adulterio deprehenſos, tenetur ad reſtitutionem damnorum.* Et reſponſionibus datis argumentis, & caſibus, abſoluta fuit hec conferentia.

DIE 23. EJUSDEM.

EXpoſite fuerunt Propoſitiones 20. Scilicet: *Reſtitutio à Pio V. impoſita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam judicis, eò quòd ſit pœna.* Et 21. nempe: *Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio litterarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi oficium per alium recitet.* Ex quibus D. Andreàs Perez, hanc protulit aſſertionem: *Qui habet beneficium tenue, non attingens ad tertiam partem congruæ ſubſtentationis, neque tenetur ad recitandum, neque ad reſtituendum.* Et poſtquam evanuerunt argumenta, & ſolutiones caſibus dedicte fuerunt, callatio terminavit.

DIE 30. EJUSDEM.

POſt explicationem Propoſitionis 22. Scilicet: *Non eſt contra juſtitiam beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis; quia Collator conferens illa beneficia Eccleſiaſtica pecunia interveniente, non exigit illam pro Collatione beneficij*

ſed.